M0007153: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rn867amp

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

De cauterizatione alchelil. post incisionem
Quando tu abscindis alchelil eorum.
tunc igni cautterium quod assimil
latur radio. deinde intromitte ipsum in alche
lil abscisum cum ultima manu tua donec
perveniat cautterium ad orificium vene ex
qua currit sanguis. fac illud semel. aut
bis. Si ergo alchelil fuerint multa tunc
cauterica unumquodque cautterio secundum quod narra
vimus. deinde cura ea cum eo quod confert eis
ex unguentis donec sanentur. Et si tu
cauterizas cum cautterio magno sine alca
dim est magis ultimum in iuvamento.

De cauterizatione fistule que fit in ani
Quando non obedit nocumentum partibus eius.
infirmus sectioni. et opus quod narra
vimus in loco suo et terretur ab illo fortas
se sanatur cum cautterio. Cum ergo accidit
alicui fistula. et tandiu quandiu currunt pus
ex ea et humiditates corrupte. Digitus quoque
quod oportet est ut probes eam cum tenta sub
tili. deinde cognosce quantitatem profundita
tis eius cum tenta. deinde igni cautterium quod
est simile radio. deinde intromitte ipsum ig
nitum in ipsam fistulam secundum quantitatem in qua
intrasunt clauus. iterata super eam cautterium
donec comburantur illa corpora corrup
ta omnia semel. aut bis. aut ter. secundum quantita
tem necessitatis tue. Et custodi te ab adu

aut si fistula vadit ad corpus vesice.
aut ad corpus intestini. et custodi te ab
istis locis omnibus. et non facias illud nisi quando
fistula est in loco carnoso. et cogitas quod
non penetrans. deinde cura locum usque quo
sanetur. Si autem sigillatur locus et ab
sciduntur ab eo materie. et remanet sic
longo tempore. tunc scias quod iam sanatus est
integre. Et si non absciduntur ab eo ma
terie tunc scias quod est penetrans aut in
profundo eius est os corruptum aut quod illud
ex illis quorum rememoratio veniet in
loco suo. De cauterizatione renum. R.
Quando accidit in renibus dolor ex
frigore aut ventositate crossa et
minuitur propter illud coitus infirmi. et
oportet ut cautterizes eum super almethene
super ipsos renes cautterio super omnes renem ca
uterii clavilis cuius precessit rememoratio.
Et fortasse cauterizamus eum secundo in ipso
almeclati. Quia veniunt tria lineata. quoniam
erunt magis ultima in iuvamento.

Quando accidit De cauterizatione ue
sice in vesica debilitas et mollicies.
ex infrigidatione a frigore et humiditatibus donec non
retineat infirmus urinam. tunc cauteriza
ipsum in inferiori parte sinumis. scilicet vesicam
ubi incipiunt pili pectinis. et adverte si fu
merit cautterio et alio a sinistra ipsius. Et sit